[Fe]ria Sexta post Dominicam Conductus Pascha proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

25/IV 1659

Drohoiowskie Coniuges Otwinowskiemu Cedunt.

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus
Castren. Capitan. Premyslien. Generosi Alexander Drohoiowski et
Agnes de Goray Coniuges legitimi et quidem Consors cum eiusdem Mariti sui
vti Tutoris Coniugalis assistentia et vltroneo ad infrascripta recognoscenda
consensu sani mentibus et corporibus existentes a terrestribus Districtibus quibus
Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo
Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premyslien. Iurisdictioni quo ad actum
hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et ple-
narie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per
expressum recognouerunt et quilibet illorum suo pro interesse recogno-
uit. Quia ipsi de omni et integro Iure suo infrascripto Reempedeinscriptione
coram Actis praesentibus Castren. Capitan. Premyslien. per Generosam Helizabetham
de Krzywdzie primarum olim Generosi Andreae Cikowski ad sponsalia
vero secundarum Nuptiarum Generosi Ioannis Otwinowski Consortem
legitimam Generosis Samueli Boryszowski et Barbarae Gorzycka
Coniugibus super Summam Mille Sexcentorum Quinquaginta flore-
norum polon. facta et recognitam et in bonis suis haereditarijs Reempe-
nisue certa Sorte in Villa Bolestraszyce Terrarum Districtu Premyslien. consistens
ne minirum subditis Buszko Dolowacz altero Buszko Dolowacz tertio Lopuszki Polowacz Cmethonibus Panko Hortulano et Ilko In-
quilino atque agro Cmethonali dicto Matczynska cum pratis modo
obligatorio ad soluendum assecuratam perfatos vero Generosos Boryszo-
wskie Coniuges sibi Recognoscentibus Actis quibusuis Authenticis Regni
cessa et condescensa. Nec non de ipsa Inscriptione Originali obliga-
toria et subsequenti Cessionaria de premissis latior. Tum de Inter-
cisa certa inter eosdem Generosos Boryszowskie Coniuges ab vna et prae-
dictam Generosam Otwinowska de Actu et data ipsius hic Premysliae
feria Sexta

feria Sexta post festa Solennia Sacri Paschatis Anno proxime praeterito Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto conscripti manibus subscripti et Vadio Mille Quingentorum florenorum polon. firmati et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus roborati per praefatos vero Gnosos Boryszowskie Coniuges in personam sui Recognoscentium tam de praefato Contractu quam Inscriptione Roborationi Actis quibusvis authenticis Regni cessis et condescensis Inscriptionibus eiusdem originali obligatoriis et subsequenti cessionaria tum praefato Contractu eiusque Inscriptione de promissis lationibus Cum parata Iuris praefati et bonorum Intromissione Tuitione Evictione et pacifica possessione in huiusque per se Recognoscentibus continuata cum omni praecessorum iure dominii proprietate competentiisque et praerogativa quaevis Inscriptionum praefatarum et Contractus memorati Conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis et voluntis Commodis obventionibus subditorumque praefatorum laboribus censibus dationibus Vecturis munijs officijs de obsequiis quibusvis attinentibus et pertinentiis Summae suprascriptae et bonorum summae eidem Obnoxiorum Universis Nihil ex praemissis iuris dominii proprietatis ac cuiusvis competentiis et praerogativae pro se Recognoscente suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo Verum prout praemissa omnia et singula ipsi Recognoscentes tenuerunt habuerunt et possidebant ipsosque concernebant ac eidem Serviebant. Iam exnunc et defacto Gnoso Ioanni Otwinowski suprascriptus Gnosus Helisabeths de Grzedzie Swiatopelkowna Marito suo et eius posteris (accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et condescendit prout cedit et condescendit praesentibus Omneque et integrum Ius suum sibi ad praemissa dominii competens in personam eiusdem Gnosi Otwinowski cessionarii sui et ipsius posterorum totaliter et plenarie transtulerunt transfuderunt et incorporaverunt prout transferunt transfundunt et incorporant perpetuo In quod quidem Ius ipsis cessum summam ac bona suprascripta summae eidem onerata praemissaque omnia quibus per se Recognoscentes cessa(m) eundem Gnosum Recognoscentes praefato cessionario suo et ipsius Successoribus iam exnunc et defacto coram officio praesenti dant et admittunt realem Introductionem et actualem pacificamque possessionem per Modum quem-

cunque competen-

cunq[ue] competentem et Nobiles duos die quacunq[ue] voluerit offerendo acceptan-
dam per ipsum Cessionarium suum et ipsius Successores hoc idem ius p[rae]fatus cessum
Summam ac bona summa eadem onerata p[rae]missaq[ue] omnia p[rae]sentibus transfu-
sa cum universis commoditatibus et usufructibus competentiis et praero-
gativis quamvis tenendi habendi et possidendi illisq[ue] quiete et pacifice utifru-
endi ac ad suos suorumq[ue] Successorum quorumvis beneplacitos usus fructus li-
bere et effectuali convertendi p[rae]fati Iuris originalis ea omnia latius
in se complectentis praesentibus cessi et transfusi vigore debent p[rae]sentibus et te-
nebuntur memorati Recognoscentes prout se ac suos Successores in et sup[er]
bonis suis [illegible] omnibus ac summis quibusvis pecuniariis habitis et ha-
bendis p[rae]fato Cessionario suo et ipsius posteris inscribunt et obligant
p[rae]fatum ipsum et eius Successores in dicto iure cesso Summa ac bonis sum-
ma eadem innodatis p[rae]missisq[ue] omnibus p[rae]sentibus condescensis et rati-
one eorundem omnibus p[rae]sentibus ab [illegible] ab omni et quavis impetitione
iuridica quarumcunq[ue] personarum cuiuscunq[ue] conditionis status et sexus
cuiusvis existentium ex re persona et occasione sui Recognoscentium suorumq[ue]
Successorum tantummodo et non ultra exoriunda in omni iudicio et
officio Regni toties quoties opus fuerit semper tueri defendere
evincere intercedere et eliberare indemnemq[ue] cum posteris redde-
re Necnon hoc idem ius p[rae]fatus cessum Summa ac bona Summa ead[em]
onerata ac p[rae]missa omnia p[rae]sentibus transfusa ab omnibus in genere
Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super p[rae]missa omnia
p[rae]sentibus cessa cuiusvis personarum modo quovis [illegible] ex re per-
sona et occasione sui Recognoscentium suorumq[ue] posterorum tantummodo
et non ultra factis et faciendis Tum etiam a quibusvis Cautionibus super ea-
dem p[rae]missa omnia transfusa impositis et imponendis Luciis [illegible]
et poenis processibus iuris quibusvis in quocunq[ue] puncto et gra-
du iuris dependentibus et in quovis iudicio et officio Regni obtentis
et obtinendis ac super p[rae]missis omnibus p[rae]sentibus transfusis ex re [illegible]
persona et occasione sui Recognoscentium suorumq[ue] Successorum tantummodo et
non ultra perductis et perducendis evincere et eliberare mundaq[ue] et li-
bera semper facere ac etiam [illegible] p[rae]fatum [illegible] officio p[rae]sentis
admissum in [illegible] bonorum [illegible] p[rae]sentibus condescensorum

Iunger Maten

312

dam per Militem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare imo debebunt et tenebuntur eandem libere dare et effectualiter admittere datamque et admissam eandem possessionem et Usumfructum praemissorum cum quibus accessoriis quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsumque Cessionarium suum et ipsius Successores in praemissis et ipsis Successores ex praemissis omnibus quibus transfusis nullo modo inturbare ita ut hoc idem Ius praesentis cessionis Summam ac bona summa praefata onerata cum praefatis omnia praesentibus cessa cum universis eorum utilitatibus et Usufructibus competentibus et praerogativa quavis is idem Cessionarius suus cum posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Cessionariis vigore tenere habere et possidere queat illisque uti frui possit libere sub Vadio Duorum Millium florenorum polonicalium per eosdem Recognitores suosque posteros Successores praenominato Cessionario suo aut ipsius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quoquidem Vadio supra scripto modo praemisso ad obtinendum succumbendo aere aliqua principali ex praemissis non completa complendum Coram actis Castren. memorati Recognoscentes Generosi Alexander Brodowski et Agnes de Goray Coniuges legitime sive eorum posteri Ad instantiam praenominati Generosi Joannis Otwinowski Cessionarii sui aut ipsius Successorum Ad officium praesens Castren. Capitaneale Premislien. ex tunc recessu supra ex nunc (?) quo ad respondendum spectat terminum semper primo Citationis termino tanquam peremptorio stare iure parere respondere Vadium praefactum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omnia enunciatum pati debebunt et tenebuntur seque ac suos Successores ad eadem omnia insinuant et obligant praesentibus Illum terminum primum peremptorium ut et alios omnes exinde consequentes caveo evadentes iure terrarum semper [illegible] praetextu verae infirmitatis pro maiori [illegible] Successorum, legatione intra vel extra regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem vel alijs quibusvis doloribus et legalibus impedimentis differendo ad quietonem [illegible] ultra proximas officij praefati Castren. Premislien. terminos dilationem sibi non recipiendo Nullasque Mortificationes Appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa

omnia pro[illegible]

omnia posuj singulibus vel triplicatj Exceptionibus suspensionibus fatalius Iuris Conscriptione terrestribello conuocationeq ac alijs omnibus iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec aliquouis modo euadendo Atresumptum personali Resignatione ad praemissa mediante.

Otwinowscy et Bieniewscy Conuges Interessam sibi mutuo Roborant

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Premysliens Gnosi Joannes Otwinowski et Elizabetha de Trzebucie olim Gnosi Joannis Swiatopelk Bolestraszycki Pincerna Terrae Premysliensis filia Conjuges legitimi ab una et Isabella de Trzeszkowice Bieniowska Gnosi Adami Bieniewski Consors legitima ab altera parte, et quidem Maritata cum Maritorum Suorum assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu sani mentibus et corporibus existentes a berijs Actibus iuribus muneribus omnibus suis quibusuis prorsus et competentibus recedendo Iurisdictioni Castren Capitanealis Premysliensis ut sua sui quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totalis et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsum suo pro interesse recognouit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteri utriusque parti se ac suos Successores in et super bonis suis quibusvis omnibus ac summis quibusvis pecuniarijs habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus Interessam Certam inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et Traditionum in eadem Interessa Contentarum de acta et data illius hic Premysliae die hodierna in Actu contenta confectt conscripta manibus Recognitum propriis ab utrinque subscripta in omnibus et singulis eiusdem Interessae Conditionibus punctis clausulis articulis Vinculi garantiis ac nexibus quibusuis Uniuersis firmiter tenere complere exequi ac inuiolabiliter obseruare omnibus et singulis illius contentis tam in toto quam in quauis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere. Interessam praefatam ad Inscriptionem praesentem roboratam et Inscriptionem praesentem roboratam sub praefatam Interessam Vicissim in toto referendo sub poena Vadii Duorum Millium florenorum polonicorum Firmasse. Duorum